

Iuramentum Decani

94

Ego N. Decanus Ecclesie collegiate diue uirginis in Iuliaco
Coloniensis diocesis promitto & iuro, quod ex nunc & in
antea ero & esse uolo obediens & fidelis meo superiori,
In dicta Ecclesia residentiam faciam personalem, prout
onus mei Decanatus requirit, & teneor secundum forma
fundationis Ecclesie nostre, Statuta & iura eiusdem
Ecclesie, que mihi modo prelecta sunt, item bonas ac
laudabiles consuetudines, Sanctorum etiam patrum, Con-
ciliorum & Canonum decreta & sanctiones Ecclesi-
sticas prescriptas, quantum hec omnia me ut Decanum
concernunt, pro posse & nosse firmiter obseruabo, inuenta
apud Ecclesiam non alienabo, nec alienari sine scitu &
consensu superiorum meorum permittam, sed ipsa in statu
suo conseruabo: alienata pro posse & nosse recuperabo, atq;
alias Ecclesie ipsius utilitatem bona fide procurabo,
Secreta capituli mei non reuelabo sed celabo. Non ero
in consilio, uerbo aut facto, quod quisquam dicta Ec-
clesie inscriptus, ac in eadem beneficiatus, in rebus
aut persona laedatur, nisi quatenus Iustitie & iuris
executio id ipsum postulant. Sic me Deus adiuuet, &
hec sancta Euangelia corporaliter per me tacta.

Iuramentum Scholasteri

Ego N. deputatus Scholasterus Ecclesie collegiate diue
uirginis In Iuliaco Coloniensis Diocesis promitto &
iuro, quod ex nunc & in antea Statuta & iura eiusdem
Ecclesie. Item bonas & laudabiles consuetudines etiam
patrum, conciliorum & canonum decreta & sanctiones
Ecclesiasticas prescriptas, quantum hec omnia me ut
Scholasterum concernunt pro posse & nosse firmiter obseruabo,
inuenta apud Ecclesiam alienari sine scitu & consensu superiorum
meorum non pretermittam, sed ipsa in statu suo conseruabo

alienata pro posse & nosse recuperabo. atq; alias Ecclesie ipsius
& Capituli utilitatem bona fide procurabo. Secreta Capituli
non reuelabo, sed celabo. Non ero in consilio uerbo aut facto,
quod quiscumq; habet dicta Ecclesie inscriptus, ac in eadem
beneficiatus in rebus aut persona laedatur. nisi quatenus
iustitia ac iuris executio id ipsum postulant. Omnia etia
& singula Scholasteri officia concernentia, prout in
statutis & presentationis meeliteris ex parte comprehensa
sunt bona fide quantum quidem in me est, exequar.
Sic me Deus adiuuet & haec sancta euangelia, corpo-
raliter per me tacta:.

Iuramentum Canoniorum

Ego N. Canonicus Ecclesie collegiate diuie uirginis
in Iuliaco Coloniensis diocesis promitto & iuro, quod
ex nunc & in antea ero & esse uolo fidelis & obediens
Decano & Capitulo Ecclesie mee praedictae, prout
Canonicus de iure & consuetudine ad id tenetur
Statuta & iura eiusdem Ecclesie, quae mihi modo
prelecta sunt, item bonas & laudabiles consuetudines.
Sanctorum etiam patrum Conciliorum & Cano-
nicum decreta, & sanctiones Ecclesiasticas
prescriptas, quantum haec omnia me ut Canonicum
concernunt pro posse & nosse firmiter obseruabo
iurata & ut supra in iuramento Decani:.

Iuramentum Vicariorum

Ego N. Rector altaris N. in ecclesia collegiata diuie
uirginis in Iuliaco Coloniensis diocesis promitto & iuro
quod ex nunc & in antea ero & esse uolo fidelis &
obediens uenerabilibus dominis meis Decano & Capitulo
Ecclesie praedictae. Non ero in consilio uerbo aut facto,
quod dicti domini mei Decanus & Capitulum, aut
singularis persona quicumq; ipsius Ecclesie, in rebus
aut persona laedatur. Immo commodum, utilitate

99.

& honorem ipsorum fideliter promouebo. Reditus &
ornamenta altaris mei & iura iumenta conseruabo,
deperdita pro posse & nosse recuperabo. Residentia
in predicta Ecclesia personalem faciam, Secreta
Capituli mihi reuelata caelabo, fideliter absque fraude
Sic me Deus adiuet, & hec sancta Euangelia
per me facta:

Eilt des Eustreus adre offermans

Ich N. gelobe und schwore, das Ich meinem Herrn
Bischof und Capittel alhie zu Düllichtrien
sein, all gerecht wurd gewonheit meinem dienst
antworfent, In dem alten herkommen
besalten und lassen, die Almuosen und zübesere
des Bischen und Capittels pflüssig verwarren,
wund so davon jethwas durch mein versemmis
abhandig wurd, gunglich außrichten, meinere
Gren Dargantz wund Capittels heimlichheit,
ab Ich den iltich harn oder sehen wunde,
niemand offenkennen, seltwer treig mir verpflüchtig
salten soll wund will, als mir Gott selft
wund sein heiliges Euangelium?

LAIDES-
STADT-
BIBLIOTHEK
DESSELDORF